

ordinaverunt, a quo dicta est Tholosia. In ea vero provincia requieverunt per duos annos, deinde semoti navigantes, de undis maris exeuntibus, partes illas diligenter inquirentes, Catulum, virum nobilem et super aliis excellentissimum, ducem et rectorem ipsius terre constituerunt et cum eo Leridum et Barcum et Saragosium sapientes et prudentes relinquerunt viros; a quo Catulo terra illa dicta est Catellonia. In ea vero terra Leridus civitatem construxit, a quo civitas illa nuncupata est Lerida; Barcus Barcenonam condidit, Saragosius Saragosiam hedificavit. Deinde ad partes Yspanie procedentes moram ibi fecerunt per tres annos. In ea Segodium, Elamancon atque Toletum dominos constituerunt. Segodius autem ibi Segodiam civitatem fecit, Elemancus Elemancam¹ condidit, Tolletus² civitatem Tollete hedificavit.

Gesta Henec et Didonis regine Africe.

His ita gestis et peractis, audiens Heneas Troianorum dux de regine Didonis fama, que in occidentali plaga regnabat et omnes regiones et terras³ in occidentali plaga existentes subiugaverat⁴, iter suum ad eius curiam direxit. Cumque ante eius presentiam staret, ab ea petiit, ut tantam terram⁵ dare deberet, quam corio⁶ bovis posset circuire, valens⁷ super *f. 18a. eam civitatem⁸ construere. Videns autem regina Dido⁹ Heneam virum sapientem et prudentem, ipsam terram ei esse daturam dixit, et ubicumque suam conderet civitatem; qui partes illas diligenter inquirendo terram, quam elegit, corio bovis minutim¹⁰ inciso circiuit¹¹. Hedificavit namque ibi civitatem, que nuncupata est Cartago, que brevi tempore mirabili modo copiis, meniis et hedificiis et quantitate magna virorum crevit. Cognoscentes illico¹² viri nobiles et magnates terre regine Didonis Heneam virum nobilem et prudentem fore, dictam reginam in uxorem Henec dederunt, ipsum quoque regem et dominum totius regni Didonis fecerunt et constituerunt. Stetit namque Heneas et cum regina vixit per duodecim annos; quibus transactis nature more solito concessit. Habuit ex ea duos filios, qui regnum Affrice obtinuerunt; unus quorum vocabatur Muyminus, et alter dicebatur Adriabal¹³.

Nunc ad ea que ab Asculfio filio Henec, Troianorum duce, gesta sunt redeamus, et qualiter urbs¹³ Rome foret condita

1) So hier die Hs. 2) 'Tollecus' Hs. 3) 'feras' Hs. 4) 'subiugaveram' Hs. 5) 'uram' Hs. 6) 'occirio' Hs. 7) Vielleicht ist 'volens' zu emendieren. 8) 'dida' Hs. 9) 'minut'i' Hs. 10) Hier ist natürlich die Fabel von der Gründung Karthagos durch Dido (Aen. I, 367 f.) auf Aencas übertragen. 11) 'illam' Hs. 12) Der erste Name, der arabisch klingt, und der zweite, der an Namen wie Asdrubal erinnert, erschienen dem Autor besonders geeignet für die Söhne einer afrikanischen Königin. 13) 'urbis' Hs.